

sciente, vel indicus, vel presumptionibus illis
et qui potenter.

Occultum triplex. 1. quod non est probabi-
le suapte natura, ut sunt sola mentalia, 2. licet
sua natura sit probabile, tamen non potest pro-
bari, ut quia coram nomine factum est.

Tertium, quod potest quidem probari, sed
deo a paucis, quod non sit orta fama nec in
iudicium deductum.

Delictum ut dicatur publicum, non sufficit
actum esse publicum, nisi scaturit esse delictum,
ut si excommunicatus secretus publice dicit
missam coram populo, actus est publicus, sed
delictum non est publicum, quia non scaturit.

DE SEX CASIBVS QVIBVS polluitur Ecclesia ita, ut in ea non possit celebrari.

PRIMVS si intra eam sanguis humanus
iniuriosa effunditur, aut causa naturalis
eius effusionis, vel mortis datur. Si sic extra
eam, vel super eam in testo, vel subter eam in
specu, non polluitur. Item si Ecclesia erat sacra
debet reconciliari ab Episcopo cum aqua Bene-
dicta a se vel ab alio Episcopo: si non erat sa-
cra, potest a solo presbytero cum aqua ab eo
benedicta. Nec sufficit effusio aliquarum gut-
tarum sed requiritur largitas, & debet esse san-
guinis humani, & iniuriosa; non si fiat ob iusta
defensionem, vel ioco, & ludo licito, licite fa-
cto; nec effusio facta per furiosum, aut stultum,
aut carentem iudicio puerum, nec si vulnus ex
tra fuit datum, & intus effunditur sanguis; sed
Se contra, sic. Nec si feratur intus sententia